

DE  
ARBORE BONA,  
ANTICHRISTO,  
INTERCESSIO N E  
Diuorum, & deque Ie-  
junio, & mortis  
Dominicæ  
Die.

*Authore Geor. Vnicelio. E juxta eadem refectionis  
Inventio my.*



*De moribus ve-  
terum Harerti.  
Locum: —*

*Anatome corporo-  
ris Politini au-  
tope Joanne  
Michaelo*

PARISIIS, \* A.A.  
Apud Guillielmum Chaudiere, via  
Iacobæa, sub Temporis insigni.

1564.



CATHOLICO LECTORI  
SALVTEM A SERVATORE  
CHRISTO.

**S**INT sanc*t*e amicorū omnia com-  
munia, modō germani amicisi-  
mus, modō Erinnyn ac Aten Furiam &  
amicitiae pestes arceamus. Quis-  
que, quod habet candore Chri-  
stiano in medium conferat, ut hinc membra  
mystici corporis mutuum edificemur. Verūm  
caligo tempestatis huius, perquam horrida hor-  
renda ve est: & nostri homines non delectu-  
aut sapientia (ut M. Tullij verbis abutar) ad  
indicandum ducuntur, sed impetu, nonnun-  
quam & quadam etiam temeritate. Quae res  
facit, ut verear ne hæc, quæ simplici animo  
& de Republica Dominica optimè merēdi stu-  
dio, in communionē non Platonis, sed Christi  
edimus, iniusti estimatores Ecclesiæ dogma-  
tum, authoris odio μολα χυνκως pramor- valde ca-  
deant. Sed istorum scelus si Ecclesiæ calamum ninè  
cohibere potest, quis porrò scribendi laborem  
subibit? Cedemus malis? Fugabunt nos proten-  
forum aqualiculorum inanes crepitus? Parum  
viros istos sentio, quos tamen sat scionobis iū-  
Eturos dextras, si eos tam exerceret theologia

A ij

GEORGII VVICELII  
COMMENTARIO LV<sup>s</sup>  
*de Arbore bona.*

**P**R O P O N I S discu-  
tiendum locum de ar-  
bore & fructu suo. Ais-  
scutum esse Luteranæ  
gentis, nēpè oportere  
arborem prius bonam  
esse, quām ferat bonos fructus: & incon-  
ueniens esse, vt si quis arbori præcipiat  
deferendo fructu, ipsam enim vltro fer-  
re, &c. Rectissimè dixit Tertullianus cō-  
tra Hermogenē, videlicet hæreticis mo-  
rem esse, simplicia quęque torquere. Re-  
ctissimè de iisdem Irenæus, nempè scri-  
pturas quidem confiteri eos, interpreta-  
tionē verò peruertere. Dominus Iesus,  
quem magistrum sequimur, non Deum  
& seruatorem tantūm credimus, dele-  
ctatus adprimè est arboris similitudine:  
idque non nouè, quandoquidem pro-  
phetis familiarissimum fuit, ab arbore  
ducere similia. Ea verò similitudo vt  
perspicua cuiuis est, ita minimè ferendū,  
si hac ad singendum, adstruendūmque

Tertull.  
Mos hære-  
ticorum.

Irenæus.